



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 118. Immoderatum Pontificis studium in amplianda sua familia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

nis, aut dignitatis concessa revocantur, Sæcul. XVI.
in quantum ea quovis pacto Synodi de- A.C. 1565.
cretis adversantur: cum vero sæpe
contingeret, quod Sedis Apostolicæ
Nuntii illorum, ad quos alegendantur,
Principum favores eo fine sibi concilia-
rint, ut ad Prælaturas, vel Cardinala-
tum eveherentur, hinc Pontifex quo-
vis modo ejusmodi dignitates aucupa-
ri prohibuit, indicta anathematis pœna,
beneficiorum privatione, imo etiam
perpetuæ infamiae nota: insuper plures
confirmabat declarationes, quæ pro re-
stauranda Ordinis Fratrum Minorum
Conventualium disciplina in comitiis
Florentinis factæ sunt. Denique plu-
ra alia, quæ profanum Romanæ urbis
regimen respiciunt, fanciebat.

IV.
§. CXVIII.

*Immoderatum Pontificis studium in
amplianda sua familia.*

Pontifex hoc suum restaurandæ disci- Thuan. l. 36.
plinæ studium, ejusque splendorem ^{n. 9. versus} _{finem.}
nimio in extollenda sua familia co-
natu obfuscare videbatur; postquam
enim Fridericus Borromæus sororis
suæ Filius anno a partu Virginis mil-
lesimo quingentesimo sexagesimo tertio
in ætatis suæ flore absque liberis de-
cesserat, & Borromæus Cardinalis e-
jusdem Friderici Frater ad suam Dic-
cesin
A a 3

Sæcul. XVI
A.C. 1565.

cesin absoluta Synodo Mediolanum seceperat, Papa Annibalem Altempsum, & Marcum Sittichum duos filios Nepotes ad se accersebat, illumque sanctæ Romanæ Ecclesiæ Gubernatorem (*) constituit, Marco autem rerum administrationem, curamque demandavit. Insuper Altempio præter pinquem dotem etiam in uxorem destinabat sororem Borromæi Cardinalis, quamvis cognatione proximam: ut autem ampla hæc consilia ad exitum ducere

(*) Andreas Victorellus in addit. ad Cœcon. habet militiæ Pontificiæ Præfedium, certe officium Gubernatoris Romanæ Ecclesiæ omnino in tota Romana Curia haud cognitum est, unde merito redarguendus est Continuator, qui suum Thuanum livore tumentem cæco impetu describere voluit, ne Pontificem de immoderato erga suos Nepotes affectu capendi occasionem amitteret: an autem suos consanguineos diligere in omnibus laudabile, in solis autem Pontificibus vituperabile sit, non definitus, saltem hic idem summus Pontifex in quodam Patrum Senatu ante mortem suam, qualis ejus amor sit, explicabat, dicens, quod suos amaret, & illis quidem benefacere cuperet, sed sine Ecclesiæ dispendio alteriusque alicuius præjudicio, quibus ne laterem quidem hujus sanctie Sedis daturus esset.

ducere posset, hinc corradendis pecu-
niis unice intentus immodica imposuit
tributa, multisque Nobilibus, quorum
lites innovabat, molestiam intulit,
eosque opprescit. (*)

Sæcul. XVI.
A.C. 1565.

§. CXIX.

Pontificis severitas erga Balneum, Corneum, Vitellium, & Ben- tivolum.

Plures insuper arces Joanni Francisco
Guidoni Balnei Comiti eripuit, ut
illum castigaret ob pecunias, quas in
superiori bello prope Cæsenam inter-
cepisse accusabatur: eapropter Papa
nunquam pernoveri poterat, ut ei ve-
niām impertiretur, quamvis Cosmas
Florentiæ Dux, cui hic Comes antea
militaverat, & tunc in Germania ope-
ram navabat, pro eo instanter depre-
caretur. Pariter Vitelli Papæ indi-
gnationi erant expositi, quibus litem
intentabat propter Tifernum, seu civi-
tatem Castellanam, eoquod ipsi hanc

A a 4

Urbem

(*) Hæc continuator ex suo Thuano de-
scribere non erubuit, cum tamen apud nul-
lum omnino Catholicum scriptorem de ejus-
modi exactiōibus, & oppressionibus vel
verbūlum reperire sit, quam sublestæ autem
fidei sit Thuanus, ignorare haud potuit.